

Epistola

L Lectio Epistolæ be-á-ti Pauli Apósto-li ad Ephési-os.

F RAtres: Estóte imi-tatóres De-i, sicut fí-li-i caríssimi: et ambuláte in

di-lecti-óne, sicut et Christus di-léxit nos, et trádedit seme-típsum pro

nobis obla-ti-ónem, et hósti-am De-o in odórem su-avi-tá-tis. Fornicá-ti-o

autem, et omnis immundí-ti-a, aut avarí-ti-a, nec nominétur in vobis,


sicut decet sanctos: aut turpitúdo, aut stulti-lóqui-um, aut scurrí-li-tas,

quæ ad rem non pértinet: sed magis gra-ti-árum ácti-o. Hoc enim scitóte

intellegéntes, quod omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est

idolórum sérvitus, non habet heredi-tátem in regno Christi, et De-i.


Nemo vos sedúcat inánibus verbis: propter hæc enim venit ira De-i in



fí-li-os diffidénti-æ. No-lí-te ergo éffi-ci partí-cipes e-ó-rum. Erá-tis enim



a-liquándo ténebræ: nunc autem lux in Dómino. Ut fí-li-i lucis ambulá-



te: fructus enim lucis est in omni boni-táte, et justí-ti-a, et veri-táte.